

APPENDICE A

IV Non. Febr. Purificatio s. Mariae

AD VESPERAS

| | |
|-----------------------|--|
| <i>Lucern.</i> | Quoniam tu. V. Quoniam in te. |
| <i>Ant. in choro.</i> | Laetamini caeli. |
| <i>Hymn.</i> | Mysterium. |
| <i>R.</i> | Suscipiens Iesum in ulnis suis Simeon exclamavit et dixit, Tu es vere lumen ad revelationem gentium: et gloriam plebis tuae Israel. V. Nunc dimittis, Domine, servum tuum secundum verbum tuum in pace; quia viderunt oculi mei salutare tuum: et gloriam. |
| <i>Ant.</i> | Ave virgo. V. ¹ Dilexi qui audiet. |
| <i>Orat.</i> | Erudi, quaesumus, Domine, plebem tuam: et quae extrinsecus annua tribuis devotione venerari, interius assequi gratiae tuae luce concede. Per. |
| <i>In Magnif.</i> | Responsum accepit Simeon a Spiritu sancto, non visurum mortem nisi prius videret Christum Dominum. |
| <i>Orat.</i> | Perfice in nobis, quaesumus, Domine, gratiam tuam, qui iusti Simeonis expectationem implesti: ut sicut ille mortem non vidit priusquam Christum Dominum videre mereretur, ita et nos vitam obtineamus aeternam. Per. |
| <i>Psall.</i> | Senex puerum portabat, puer autem senem regebat; quem virgo concepit et post partum virgo permansit, ipsum quem genuit adoravit. |
| <i>Orat.</i> | Omnipotens sempiternae Deus, maiestatem tuam supplices exoramus: ut sicut unigenitus Filius tuus hodierna die cum nostrae carnis substantia est praesentatus, ita nos facias purificatis tibi mentibus praesentari. Per eundem. |

AD VIGILIAS

| | |
|------------------------------|--|
| <i>R I.</i> | Adorna thalamum tuum, Sion, et suscipe regem Christum: quem virgo concepit, virgo peperit; virgo post partum quem genuit adoravit. V. Accipiens Simeon puerum in manibus, gratias agens benedixit Dominum: quem. |
| <i>Ant. dupla.</i> | Ave Maria * gratia. V. Ecce ancilla Domini. |
| <i>Psalmus.²</i> | Confirmatum est. |
| <i>Orat.</i> | Praesta nobis, quaesumus, Domine: ut filius tuus Iesus Christus Dominus noster, qui hodierna die in templo est praesentatus (sic), et quod praesentibus celebramus officiiis, perpetuae salvationis gaudiis assequamur. Per. |
| <i>R.</i> | Senex puerum portabat, puer autem senem regebat: quem virgo concepit, virgo peperit; virgo post partum quem genuit adoravit. V. Accipiens Simeon puerum in manibus gratias agens benedixit Dominum: quem. |
| <i>Ant. dupla.</i> | Beatus ille. V. Qui pro salute. |
| <i>Psalmus.³</i> | Pleni panibus. |
| <i>Orat.</i> | Deus, cuius hodierna die Unigenitus tuus in nostra carne, quam assumpsit pro nobis, in templo est praesentatus, praesta: ut qui Redemptorem nostrum laeti suscepimus, venientem quoque iudicem securi videamus. Per eundem. |
| <i>R.</i> | Suscipiens Iesum. V. Nunc dimittis |
| <i>Ant. dupla.</i> | Magnificamus te. V. Salvans omnes. |
| <i>Psalmus.⁴</i> | Dans votum. |
| <i>Psallent.</i> | Virgo Dei genitrix. |
| <i>R.</i> | Sancta Dei genitrix. V. Deprecare pro nobis. |
| <i>Psallent.</i> | Virgo Verbum concepit. |
| <i>Post Kyr. cum Gloria.</i> | Responsum accepit. |

¹ Psalm. 114.

² Cant. Annae.

³ Pars cant. Annae.

⁴ Reliq. cant.

AD MATUTINUM

| | |
|-------------------------|---|
| <i>R post hymn.</i> | Beata et venerabilis Virgo. V. Caeli terraeque maris. |
| <i>Ad lectiones R.</i> | Adorna thalamum. V. Accipiens. |
| <i>R.</i> | Senex puerum. V. Accipiens. |
| <i>In Benedictus.</i> | Responsum. |
| <i>Ad crucem.</i> | Venite et videte. |
| <i>In Cantemus.</i> | Beata progenies. |
| <i>In Benedicite.</i> | Dignus es Domine. |
| <i>In Laudate.</i> | Laudabilis Virgo. |
| <i>Capit.</i> | Cantate Domino. |
| <i>Psalm. directus.</i> | Dominus regnavit. |
| <i>Hymnus.</i> | Mysterium Ecclesiae. |
| <i>Psall.</i> | Virgo Dei genitrix. |
| <i>Alia psall.</i> | Senex puerum portabat. |

Mane ad ecclesiam sanctae Mariae, quae dicitur Bertradae.

Oratio benedictionis cerei.

Omnipotens sempiternus Deus, qui hodierna die cum legalibus sacrificiis in templo praesentari, et iusti Simeonis ulnis gestari dignatus es; † benedic, quaesumus, hanc papirum cerea pinguedine superductam: ut ad honorem et gloriam nominis tui populus gestans indeficiens se lumen habere cognoscat. Qui vivis.

MANE

PSALLEMENTIUM *ad sanctam Mariam*

| | |
|------------------------------|-------------------------|
| I. | Virgo Dei genitrix. |
| II. | Beata progenies. |
| III. | Dignus es Domine. |
| III. | Laudabilis virgo. |
| V. | Maria virgo. |
| VI. | Virgo Verbum concepit. |
| VII. | Beata es Maria. |
| VIII. | O Virgo virginum. |
| VIII. | In flore mater. |
| X. | Beatam me dicent. |
| XI. | Maria autem. |
| XII. | Beatus ille venter. |
| XIII. | Magnificamus te. |
| XIII. | Nesciens mater. |
| XV. | Virgo hodie. |
| XVI. | Gaudeamus omnes. |
| XVII. | Sub tuam misericordiam. |
| XVIII. | Sub tuam protectionem. |
| XVIII. | Responsum accepit. |
| <i>Post Kyr. cum Gloria.</i> | Senex puerum portabat. |

[AD MISSAM]

| | |
|------------------------|--|
| <i>Ingressa.</i> | In Patre manet aeternitas. |
| <i>Psalmell.</i> | Benedictus qui venit. V. Confitemini Domino. |
| <i>V. in Alleluja.</i> | Iubilare Deo omnis. |
| <i>Post Evangel.</i> | Laudate Dominum omnes angeli. |
| <i>Offer.</i> | Visi sunt gressus. V. Montem Dei. |
| <i>Confr.</i> | Nunc dimittis Domine. |
| <i>Trans.</i> | Puer crescebat. |
| <i>Aliud Trans.</i> | Venite et videte. |